


**05
A
832**



Q. D. B. V.
DISPUTATIO PHILOLOGICA,

Ad
GENES. I. 26. 27. 28.

**Samaritanum textum cum
authentico,**

*n
crt.*

IMAGINEM DEI

*recensente,
perpetuò conferens,*

PRÆSIDE

M. JOHAN. HELVICO WILLEMERO

Mœno-Francofurtano,

atg

RESPONDENTE


JOH. ADAMO ANNACKERO,

*Ratisbonensi, SS. Theol. & Phil.
Studioſo,*

Habenda addiem IX. Martii, horis antemerid.

A. Æ. V. M DC LXXVIII.

In Auditorio Veteri.



WITTEBERGÆ

Typis MATTHÆI HENCKELII, Academ. Typogr.

4

INCLYTÆ LIBERÆQVE
S. ROM. IMPERII REIPUBL. RATISBONENSIS
ILLUSTRI
MAGISTRATUI,
VIRIS
*MAGNIFICIS, PERSTRENUIS, NOBILISSIMIS,
CONSULTISSIMIS, AMPLISSIMIS, PRUDEN-
TISSIMIS,*

DOMINIS SUIS GRATIOSIS,
PATRONIS ATQVE MOECENATIBUS
OPTIMIS, MAXIMIS,

PIISSIMO SEMPER OBSEQUIO PROSEQVENDIS,

GRATIAM DEI PERENNANTEM,
REMPUBLICAM FLORENTEM,
INCREMENTA FELICISSIMA

Submississimè precatur,

atq;

DISPUTATIONEM HANC PHILOLOGICAM

In

ulteriorem sui suorumq; studiorum commendationem

Summâ animi observantiâ

dat, dicat, consecrat

JOH. ADAMUS ANNAKER,
Ratisbonensis.



אֹהֶן

De

IMAGINE DEI.

Dictum GENES. I. 26. 27. 28.

26. Et dixit DEUS: fa-
ciamus
hominem ad imaginem
nostram
& secundum similitu-
dinem nostram,
dominentur quoq; pi-
scibus
maris & volatilibus
cœli
& bestiis & omni
terræ, & omni reptili
repenti super terram.

27. Et creavit & apta-
vit DEUS
hominem ad imaginem
suam,
ad imaginē Dei aptavit

* אָשֵׁר. אֲלֵךְ. נַפְתָּח.
אָשֵׁר. פְּחַזְפָּאָל.
אָשֵׁר. פְּנַצְמָאָל.
אָשֵׁר. פְּנַצְמָאָל.
אָשֵׁר. אַפְּקִים. 227.
אָשֵׁר. אַפְּקִים. 252.
אָשֵׁר. אַפְּקִים. 297.
אָשֵׁר. אַפְּקִים. 297.
אָשֵׁר. אַפְּקִים. 297.
אָשֵׁר. אַפְּקִים. 297.
אָשֵׁר. אַפְּקִים. 297.

וַיֹּאמֶר אֱלֹהֶה נָעַבְד
אֶרְם בְּצֻרוֹתָן
וְכְהַשְׁבִּיתָן
וּוְשָׁלְטוֹן בְּנוּנוֹתָן
וַיַּמְתַּחַזֵּק עַלְלָה
וּבְכִּיהַמְּתָחָה וּבְכָל
אֲרָעוֹה וּבְכָל רַמְסָה
רַוְמִיסָה עַל אֲרָעוֹה:
וַיַּבְרָא וַיְכַוֵּן אֱלֹהֶה
יְהִי הָאֶרְם בְּצֻרוֹת
בְּצֻרוֹת אֱלֹהֶה כֹּן

eum, masculum & fœminam,
aptavit illos.

28. Et benedixit illis
Deus,
& dixit illis Deus: fru-
ctificate
& multiplicamini, &
replete
terram, & habitate per
generationem vestram
& dominamini pisci-
bus
maris, & volatilibus
concavi,
& universitati bestia-
rum
repenti super terram.

וְהַתֵּה ذֶכֶר זָנְקְבָּה
כֹּן יְהוָן:
וּבָרָךְ יְהוָן אֱלֹה
וּאִמְרָלָן אֱלֹה פָּשׁוֹ
וְסָגָן וּמֶלֶךְ יְהָזָקְיָה
אֲרָעָה וּמְרָבוֹ גָּלִיה
וְתְּשִׁלְטוּן בְּנוּנִירָה
יְמָה וּבְרִמָּץ חִילָה
וּבְכָלְול עַפְּסִירָה
דָּרוּמִיסָת עַל אֲרָעָה:
צְרָאצָרָא, צְרָאצָרָא, צְרָאצָרָא

§. I.

E hominis, ut totius etiam
universi hujus, productione ab æter-
no vidit Deus atque decrevit. Hic tamen
facto temporis atque rerum creatarum ini-
tiō, de homine ad imaginem suam con-
dendo sigillatim ordinasse memoratur,
cūm ē limo terrae efformaret eum, præstan-
tissimum hujus universi, qvā oculis subji-
cit, artificium. Æterni igitur decreti, hīc manifestati, rationem,
& illi prorsus congruam executionem, cernere licet. Dixisse Deus
perhibetur, ac intimos divinæ mentis voluntatisq; conceptus
communicasse, & velut secum ipse deliberasse. Qvæ Deus Triunu-
mus in æterno creationis consilio de homine constituit decrevitq;,
tunc

אמֶר



tunc adimplenda dixit atque voluit, actu purissimō, perfectissimō, simplicissimē undō, & ratione merē divinā : qvam cogitando satis asseqvi, aut verbis dignē eloqvi nemo unqvani potuit. Qva- propter si ad penetrale arcanorum tantorum ingredi nobis pla- ceat, extra nos ipsos egredi, mundoq; hoc crassō relictō, per statum mentis, vitiorum omnium expertem, in paradisum quo- dammodo reverti, ac per puritatem DEO similes fieri decet : ut piē accurateq; alias monet *D. Gregorius Nyssenus homil. i. in Cantic.* Nam & hic infinita DEI majestas optimē consulit imbecillitati in- tellectūs nostri, qvando per συναγέβασιν humanō more tanq; mutuum amicorum colloquium atque consilium edisserit æter- num SS. Trinitatis de condendo homine decretum, præstantissi- mam simul creaturæ hujus naturam haud obscurè innuit. Qvō conferri meretur *D. Glasius Phil. S. L.V. tr. i. cap. 7. p. 128.* Notat enim אמר hīc λόγον ἐνδιάθεσην sive mentis divinæ verbum ac vo- luntatis decretum, singulis tribus Deitatis personis ex æquo com- mune, uti & Gen. 2, 18. c. 3, 5. 22. c. 11, 6. &c. Ita אמר de hominibus usurpatum, freqventer designat cogitare, meditari, animō conci- pere, secum tacitē expendere, deliberare, ratiocinari, consultare, apud animū suū statuere, decretum facere, aliquid sibi pro- ponere, & generatim λόγον ἐνδιάθεσην Genes. 26, 9. Ps. 30, 7. Ps. 39, 2. Ps. 91, 2. Ps. 94, 6. 18. Ps. 116, 11. Ps. 119, 82. Ps. 124, 1. Ps. 139, 11. Prov. 20, 22. Cohel. 6, 3. c. 7, 23. c. 8, 14. Mich. 2, 7. Qvod clariū expri- mit integra phrasis אמר בלב varias cordis cogitationes inter se veluti confabulant̄es committere, consilium secum inire, ratio- nes in utramque partem tacitā mente secum ventilare, & ea animo concipere, qvæ distincto verborum sono, lingvæ beneficio pro- ferri facile poterant, Genes. 17, 17. c. 27, 41. Esth. 6, 6. Ps. 10, 6. 11. 13. Ps. 14, 1. Ps. 35, 25. Ps. 53, 2. Ps. 74, 8. Cohel. 2, 1. 15. c. 3, 17. 18. Esaiæ 47, 10. Obad. 1, 3. Sic & אמר בלב Deut. 7, 17. c. 8, 17. c. 9, 4. c. 18, 21. Job. 22, 22. Ps. 4, 5. Esaiæ 14, 13. c. 47, 8. c. 49, 21. Jerem. 5, 24. c. 13, 22. Zeph. 1, 12. c. 2, 15. ut etiam דבר בלב Ps. 12, 3. Coh. 2, 15. אמר בלב Ps. 15, 2. Qvanq; non diffitendum, alias אמר à דבר ut generalius à specialiori differre : de qvo di- scrimine pluribus conferri meretur *D. Hannekenius de creat. tb. 3.* Qva ratione Clarissimo Dn. Boblio disp. 7. pro formaliteruendo pri-

mùm & b. 36. 37. concedere licet, וְאֵן nonnunquam significare intē-
tendere, sigillatim, intendere sermonem, loqui, intendere præceptum,
mandare. Eodem cogitandi sensu frequentissimè adhibentur אָמַר
יְהוָה, אִתְּנֵה וְאֵלֶיךָ בְּאַתְּ, אֲתָּה נָאכֵדְךָ. In nostro igi-
tur loco Gen. I, 26. sermo DEI internus voce אָמַר indicatur, ne-
quaquam externus, ad angelos aliasve creaturas directus, atque
literis & syllabis extrinsecus distinetè, vel aliâ quacunqve ratio-
ne, prolatus: quod in explicandis similibus Scripturæ locis אָמַר
psiūdּ Rabbinorum est. Sic enim Aben Esra ad h. l. אָמַר

השם למלכים נעשה אד' אנחנו נתעסק בו וליד
Logitur DEUS ad angelos, faciamus bominem: nos
laboremus in illo, non aquæ, non terra. Verum jure suo hic
audit, totoq; cœlo aberrat, מִתְּאֵשׁ תְּאֵשׁ יְהוָה, מַעֲשֵׂת שְׁמָעָן שְׁמָעָן
צְבָא. Expressè Scripturæ S. contradicit Esaiæ XL. 13. 14. Rom.
XI. 34. 1. Cor. II. 16. qvæ solum filium DEI, æternam Patris sapien-
tiam in creationis opere agnoscit אָמֵן artificem Prov. VIII. 30. so-
liq; DEO creationis potentiam & opus ubiqve tribuit. Sed ille ma-
gis secutus nugas R. Sal. Jarchi in h. l. ענותנו של הקב"ה
למרנו מכאן לפ"י שהאדם בראות המלאכים ויתקנאו
בו לפיכך נמלך ביהם וכשהוא רן את המלאכים
הוא נמלך בפמליו' שלו שכן מצינו באחאב שאמר לו
מיכח ראותי וגוי וכי יש ימן ושמאל לפניו אליז
אלו מימינם לזכות ואלו משמאליין לחובה וכו'. נעשה
ארם. אף שלא סייעו בו יצירתו ווש מקום לאפיקורו
לרדות לא נמנע הכתוב מלמך הרך ארץ ומדרשת
ענוה שיהא הגרול נמלך ונוטל רשות מן הקטן
וזם כתוב עשה ארם לא למרנו שיהא מדבר
עם בית רינו אלא עם עצמו עצמו ותשובה האפיקו
כתב בצדיו ויברא הארץ האדם ולא כתוב ויבראו;

Hum.

Humilitatem Sancti Benedicti hinc discimus, quia homo (conditus est) ad similitudinem angelorum. Et zelo hujus affecti sunt: propterea consilium inivit cum illis. Et quum judicat angelos, consultat cum familia sua. Quemadmodum invenimus de Achab, cui dicit Michæl. Reg. XXII. 19. Vidi Dominum sedentem in throno suo, & omnem exercitum cœlestem stantem coram illo à dextra & sinistra ejus. Et quomodo est dextra atq; sinistra coram illo, nisi sint constituti isti à dextris ad justitiam, bi verò à sinistris ad condemnationem? &c. Ad verba נָשָׂה אֶרְם Qvamvis non adjuverint eum in formatione ejus. Et est s. inservit locus ad Epicureos (ita Amstelodamensis; Basileensis & Veneta Editiones habent לְמִנְיָן hæreticos) convincendos: non prohibetur Scriptura, quod minus doceat more vulgari & per modestiam: ut si princeps quispiam consultaret & acciperet potestatem à minori. Et si scripsisset נָשָׂה אֶרְם non disceremus, quod loquutus esset cum domo judicii sui, sed cum seipso. Et responsione Epicureis (alii hæreticis, dandam) statim adjunxit (dicendo) & creavit hominem, non verò scripsit, & creaverunt. Infinitam DEI maiestatem ex creatione rerum intelligimus Psal. 19, 1. Rom. 1, 20. Ecclesi. 1, 7. & divinam imaginem homini impressam dicimus characterem infinitæ bonitatis, liberalissimè nobiscum communicatæ Genes. 1, 31. Deut. 32, 4. 6. Prov. 8, 31. Verum DEUM voluisse hominem ad angelorum imaginem condere, repugnat æterno DEI decreto, factæq; in tempore decreti executioni, imaginis divinæ, non angelicæ, amissioni, reparacioni inchoatae consummatæq; ve, omniq; in universum saniori Theologiæ, atq; ve claris Scripturæ textibus. Decretum æternum hic manifestatur, adeoque DEI, ut disertè Moses docet voce אלהי, qvæ verum in essentia unum, personisq; trinum DEUM tantum hic denotat Job. 9, 8. Esaiæ 44, 24. c. 45, 7. 18. neq; vaqvam angelos: qui in descripto creationis opere nunquam hoc nomine veniunt, nedum hic loquentes introducuntur. Solus Deus, quod ab æterno decreverat, infinita potentia, nec ullâ mediante causâ inferiori usus, in tempore universa ista produxit, sigillatimq; hominem ad suam divinam imaginem condidit, ex ἀνταρεσίᾳ consilii pariter atq; ministerii angelorum minimè indigus. Igitur ut nulla unq; voluntas

DEI



DEI de homine ad imaginem angelorum condendo extitit, ita nec
 ulla propterea inter angelos oborta emulatio in Scripturis S. depre-
 henditur. Atque sic pro vero certo que assumit Raschi, ange-
 los in primo hexaëmero fuisse malos: vel ex lapsu, quod incer-
 tissimum; vel ex creatione, quod blasphemum. Omnia manuum
 DEI opera erant valde bona; ex inido Judeorum ingenio Ra-
 schi singit angelorum emulationem, hancque DEUM compescuisse
 per synecdochen initio cum ipsis consilio. Verum
 רוח יהוה ו איש עצתו יודיענו הארץ מי נועץ ויבינחו
 וילמרחו בארת משפט וילמרחו רעת וריך הבונות
 יודיענו Ex. XL. 13. 14. Cum judicio quidem Dominus operatus est
 ab initio Sirac. XVI. 25. hominemque; ad suam imaginem condidit
 c. XVII. 1. 3. sed non angelico; verum propriâ ejus sapientia coe-
 li formati sunt. Quid stipulae ad ignem ardente? quid suis cir-
 cumscripta limitibus notitia ad סָבָדְתָּךְ πλάχταντι σφίας καὶ γεώ-
 τεως θεός, αὐτεξέρευνται τὰ κείματα αὐτούς οὓς ἀνεξιχνίασθε τὰς
 οὖδες αὐτούς; בְּמֶלֶאכָיו יִשְׂם תְּהִלָּה. Angeli non cum DEO, tan-
 quam inscio consiliique; indigo, deliberare; sed αὐτοῖς προπονατῶν
 coram DEO עַמְרֵךְ stare dicuntur i. Reg. XXII. 19. ut & Jobi I. 6. II. 1.
 stare autem est ministrare: uti per ἐπεξήγησιν disertè per ex-
 ponitur Deut. X. 8. Ministris Salomonis tribuitur i Reg. X. 8. con-
 fer Ezech. 8, 11. Zach. 3, 1. Sed nec angeli coram Domino in crea-
 tione hominis stetisse uspiam in Scriptura leguntur; multò minus
 adjuvisse. Optimo igitur jure ex integra orationis serie, totiusque
 Scripturæ consensu adversus quoscunque Antitrinitarios colligi-
 mus, tres Deitatis personas velut inter se confabulantes atque de
 præstantissimo creationis opere deliberantes hic introduci; divi-
 nae autem essentiae atque creationis unitatem, singulis tribus per-
 sonis ex æquo communem, verbo singulari וּבָרָא indicate. DEI
 ergo non ad angelos directum: sed nec ad elementa, quae in
 consilium DEUS adhibuerit, ut הרוקם ineptissime contendit.
 De quo audiendus R. Sal. ben Melech ad h. l. .
 נעשה אָרוֹן
 בא לשון רבים ליחיד להפאהת. והריקם כתוב כי הוא
 מרבר

מרבר כנגד ארבע יסודות כי אמר בשאר הבריות
הרשא הארץ ישרצו המים הוצאה הארץ ובארם רצח
להרת בו רוח עליונה לפיכך אמר נעשה וכן
בצמלונו הרוח בצלם עליונים והגוף בצלם תחוננים

Occurrit pluralis pro singulari, elegantiae causâ. Et R. Moses Kimchi scribit, quod loquatur ad quatuor elementa: quia dicit de reliquis creaturis Gen. i, ii. herbas et terra, v. 20. abunde producat aqua, v. 24. producat terra. Sed in homine voluit ponere spiritum superiorem: propterea dicit נעשה.faciamus, item בצלמנו.ad imaginem nostram: Spiritum scilicet animam quidem ad imaginem superiorum; corpus autem ad imaginem inferiorum. Sic & Basilii M. aetate quidam Christi nomen professi contendebant, Deum ad terram sermonem suum direxisse, è qua homo condendus fuit: quorum sententiam refutat Basilius homil. i. in Genes. p. 84. b. Verum per rationes iam dictas nullum DEI cum creaturis consilium hic admittere licet.
ברא ויאמר אלhim נעשֵׂה atque similibus habendum sit ex usu Scripturæ divinioris, contra Judæos atque judaizantes nonnullos, videri poterit apud Autores disp. i. de creatione mundi §. 3. p. II. fusè allegatos. In eam aliâs sententiam libenter concedimus, sæpiissimè **אמר** in Scripturis idem esse quod animi sensa beneficio lingvæ articulatâ voce exterius efferre, loqui, alloqui, colloqui, interrogare, respondere, increpare, cum imperio & auctoritate dicere siue mandare, deniq; quemcunq; λόγον κατεφορικὸν. Et præcipiendo quidem notionem potissimum ap. Arabes حُكْم sustinet, nec non in puriori, quem vocant Chaldaismo. Ex multis hoc conferri poterunt Daniel. 2, 12. 47. c. 3, 13. 19. 20. c. 6, 15. Hinc quoque Ebraeorum **מאמר** Esther. 1, 15. Chaldaeorum Daniel. 4, 14. حُكْم junctum, atque æqvipollens etiam Esrae 6, 9,
Syrorum حُكْم, potissimum tamen Arabum حُكْم notat præceptum, mandatum, atque edictum. Quid sensu cum R. B. Elia

Elia hinc deducere licet Chaldaicum אָמְרָפֵל qvod Duce, Prin-
cipem, Præfectumq; designat, qvi aliis cum imperio præest atqve
omnia mandata edicit. Eodem Turcicam Emir, Persi-
cam & Gallis primùm usurpatam vocem Amiral nonnulli
referunt. Græcorum certè εἰπεῖν Matth. 4, 3. Luc. 10, 40. pariter
atqve λέγειν Rom. 12, 3. & aliâs freqventer significat jubere, impe-
rare. Samaritanus autem Interpres eodem, qvo Moses, sensu פְּשָׁע
in nostro textu adhibet: aliâs sæpiùs etiam de λόγῳ, qvem vocant,
φρεσκον. Ita ejusdem præt. 3. F. sing. conjug. Peal usurpat Ge-
nes. XVI. 13. Hagar פָּאַתְּ אֶתְּנָאָבָּא. פָּאַתְּ אֶתְּנָאָבָּא
dicebat enim, num etiam hîc vidi post videntem me. Futu-
ri Peal i. sing. habetur Genes. XX. 13. פָּאַתְּ אֶתְּנָאָבָּא ut dixerim ei:
2. pers. M. Genes. XIV. 23. פָּאַתְּ אֶתְּנָאָבָּא
אֶתְּנָאָבָּא. Ne dicas, ego ditavi Abram; 3 pers. sing. M. cum
Infinitivo, proprio finito non sine emphatica significandi vi, ut
apud Ebræos, præposito Exod. XXI. 5. פָּאַתְּ אֶתְּנָאָבָּא
פָּאַתְּ אֶתְּנָאָבָּא si dicendô dixerit servus, si spontaneo motu sæpe mul-
tumq; apertè profitebitur, nullisq; adductus pollicitationibus, ter-
ritusve minis, palam edisseret servus, amore in herum propensi-
mus. Ubi simul quietem פָּאַתְּ scheva mutò ex analogia notandi,
compensari animadvertisimus per פָּאַתְּ pariter atqve פָּאַתְּ more etiam
apud Chaldæos atqve Syros receptô. Occurrit præterea ejusdem
Peal Particip. præl. sing. Exod. XXXIII. 12. פָּאַתְּ אֶתְּנָאָבָּא tu
dicens mihi, plur. Genes. XXXVII. 17. פָּאַתְּ אֶתְּנָאָבָּא
audivi illos dicentes. Ex Etapeal 3. F. M. habetur Genes. X. 9.
פָּאַתְּ אֶתְּנָאָבָּא. 2. פָּאַתְּ אֶתְּנָאָבָּא ideò dictum est. Tertiam Præt. M. Sing. cum
suffix. conj. Apbel exhibet locus inter Ebræos satis controversus
Deut. XXVI. 18. פָּאַתְּ אֶתְּנָאָבָּא. פָּאַתְּ אֶתְּנָאָבָּא Anglicana reddit:
& Dominus elegit te hodie. Sed eligendi significatio verbo אָמַר
non competit in Samaritano Pentateucho, multò minùs in ebrai-
ca veritate uspiam. B. Lutherus primam seu propriam & nativam
significationem verbi אָמַר optimè secutus, ebræa convertit: der
HERR hat dir heute geredt / i. e. gelobet und versprochen / dich
damit hoch und groß gemacht / tanquam ramum pretiosæ vitis,
magnâ

Deut. 26, 18.

magnâ curâ ex Ægypto educâ, summoq; inter Gentes loco consti-
tuendæ. Qvam exaltandi significationem, vulgò receptam, ab
ramo excelsò optimè dedit, atq; Buxtorfium, Rabbinos
malè secutum, ex ipsis textûs visceribus recte refutat D. Glassius
Phil. S. L. III. tr. 3. can. 30. p. 330. A nostro פָּרָק originem dicit
dictio, verbum, Genes. XLIX. 21. פָּרָקְלָמָדְלָמָדְלָמָד
dans eloqvia redemtionis Construct. plural. Masc. Vox
notat redemtionem, liberationem, salutem, uti Syrorum
פָּרָקְלָמָדְלָמָדְלָמָד à rad. פָּרָק redimere, vindicare, liberare. Itaq;

פָּרָקְלָמָדְלָמָד est dulcissimum pacis partæq; salutis nego-
tium, lætissimis ubiqve jubilis decantatum. Ebraica veritas habet
eloqvia elegantissima, in בְּרִיתֵינוּ Debora & Barak
exaudita Judic. V. & ex ore Christi mirâ svavitate resonantia Psal.
45, 3. Matth. 7, 29. Joh. 7, 46. Sub forma fœm. etiam occurrit
פָּרָקְלָמָד. Hinc Genes. IV. 23. פָּרָקְלָמָד. פָּרָקְלָמָד au-
scultate verba mea.

§. II. De vocibus פָּרָק & לְאַלְהִים actum disp. I. de Creat.
p. 10. seq. Quidam hîc accipiunt גְּדוֹלָהָה pro tota SS. Trinitate:
alii גְּדוֹלָהָה pro sola Dei Patris persona, ad Filium & Spiritum
Sanctum loquentis intra intimum Trinitatis complexum. Hoc
magnô zelo urget Synodus Syrmiensis: εἰ τις τὸν παῖδες αὐτοῦ
πον μὴ τὸν πατέρα τοὺς τὸν γὸν λέγει, αἱλλὰ αὐτὸν τοὺς ἑαυτὸν τὸν
Θεὸν εἰρηκέναι, αὐτὸν εἶτα, Socrates l.z. hist. c. 30. Qvod soli-
dissimè confirmat ratio authentici textus: qvam hîc accuratè se-
qvitur Samaritanus verbo פָּרָק perfecto i. pers. Masc. pl. Fut.
Peal, radicis פָּרָק qvæ ebraicè est servivit, servitutem exegit,
servitute alicujus usus est, vel aliquem pressit. Infert enim pro-
priè arctissimam ad servitia obligationem, & plenariam omnium
temporum ac locorum qvà corpus & animam subjectionem eo-
rum, qvi durissimâ pariter ac vilissimâ conditione, sub alterius
jugo degunt libertate destituti. Unde עבר contradistinguitur
מְשֻׁרָתָה qvæ vox eum designat, qvi liberiori ratione fratribus, ami-
cis, Principi officia præstat, atq; digniora in Rep. munia obit,

Genes. II. 18.

velut Consiliarii, vel honoratissimô defungitur ministeriô in cultu Dei publico. Qvamvis id discrimen non sit perpetuum, & qvoq; vocetur Pharaonis Consiliarii Gen. 50, 7. Ex. 5, 21. c. 7, 10. Ps. 135, 9. Qvo serviendi sensu, loco עָבֵד cum Chaldæis, Syris atq; Arabibus, Samaritani adhibent עַבְדָּשׁ in paël, vel etiam in peal. **תְּזִקָּה** Sic Deut. IV. 19. **תְּזִקָּה** **אֲלֹהִים** & servias eis. A speciali servitutis significatione transfertur Ebræorū עָבֵד ad designandam agrorum culturam: qvâ ratione eidem respondet Aramæorum **אֲלֹהִים**. Hinc Genes. IV. 12. **אֲלֹהִים** **אֶת** **אָלֹהִים** cùm colueris terram. Tandem in genere qvamicunq; operationem, sacram atq; civilem, cum aut sine molesto labore suscepitam denotat, usu amplissimô, potissimum apud Chaldæo-Syro-Samaritanos recepto. Sicq; **עָבֵד** significat fecit, effecit, confecit, operatus est, egit, paravit, apparavit, gessit, v.g. bellum, fieri curavit. Ap. Samaritanos non nunquam sigillatim subinfert, rem sacram fecit, sacrificavit: ut Ex. X. 25. **אֲלֹהִים** **אֲלֹהִים** **אֲלֹהִים** ut sacrificemus Domino Deo nostro. Aliâs tamen freqventissimè generalem faciendi perficiendiq; notionem sustinet. Hinc *Præt.* Peal 3. sing. Masc. Genes. II. 2. **אֲלֹהִים** **אֲלֹהִים** ab omni opere suo qvod fecerat: Fœm. Deut. XXII. 21. **אֲלֹהִים** **אֲלֹהִים** **אֲלֹהִים** qvoniam stultitiam fecit: 2. Masc. sing. Genes. III. 14. **אֲלֹהִים** **אֲלֹהִים** secisti hoc. *Futurum* adhibetur Genes. II. 18. **אֲלֹהִים** **אֲלֹהִים** **אֲלֹהִים** faciam ei adjutorium coram illo. Egregiè prorsus & עֹזֶר adjutorium & illud sic exprimitur. Singula ferè verba exactè respondent optimæ Onkelosi conversioni: **סְמֵךְ אֲבָדִר לְיהָ סְמֵךְ בְּקִיבְּלִיהָ** Cùm atq; **תְּזִקָּה** optimè & cum ebræo עֹזֶר & inter se conveniant, significatione satis emphaticâ fulcimenti, sustentaculi, adjutorii, basis, cui tutâ cordis fiduciâ inniti licet Prov. 31, 11. Simili ratione ritè exprimit utriusque **קְבָּלָה**, indicans uxorem præsentissimum semper auxilium marito futuram esse, atq; individuam vitæ sociam, arctissimo amoris nexu conjunctissimam, ejusdem naturæ, mentis & affectûs, fortunæ pariter atq; habitationis. Secunda *Fut.* pers. sing. M. obvia est Exod. V. 15. **אֲלֹהִים** **אֲלֹהִים** **אֲלֹהִים** **אֲלֹהִים**

•צְבָאֵל qvare fecisti sic servis tuis? 3. pl. M. legitur Ex. XXXI.
v. ii. צְבָאֵל facient. Imper. 2. M. sing. Gen. VI. 14. צְבָאֵל
צְבָאֵל fac tibi arcam, 2. M. plur. cap. XLII. 18. צְבָאֵל
צְבָאֵל hoc facite & vivetis. Eidem Josepho tribuitur *Infinit.*
Gen. L. 20. צְבָאֵל. צְבָאֵל. צְבָאֵל ut ficeret, sicut hodie.
Particip. sing. habetur Genes. I. 12. נַעֲמָה. צְבָאֵל & plan-
tam facientem fructum: plural. Genes. XXIV. 49. אֶל. צְבָאֵל.
צְבָאֵל. צְבָאֵל si facitis misericordiam. In *Ethpeel* eandem si-
gnificationem retinet; hinc 3. fut. M. sing. Genes. XVIII. 25. אֶל
צְבָאֵל. צְבָאֵל non faciet judicium? & Exod. II. 4. צְבָאֵל
צְבָאֵל qvid fieret ei. Partic. Lev. VII. 9. צְבָאֵל. צְבָאֵל. צְבָאֵל
qvodcunqve fiet. Qvo sensu & nomen masc. inde deductum Exod.
XVIII. 20. צְבָאֵל. צְבָאֵל opus qvod facient; status *absolu-*
tus hujus emphatici habetur Genes. XL. 17. פְּנִים. צְבָאֵל ope-
ris pistorii, plural. Gen. XX. 9. צְבָאֵל. צְבָאֵל. צְבָאֵל
צְבָאֵל. צְבָאֵל opera qvæ nunquam fient, fecisti mihi. Descendit
etiam inde vox צְבָאֵל qvæ *creatorem*, & צְבָאֵל qvæ *seculum*
denotat. Qvæ cum authentico textu collata confirmabunt, Samia-
ritanorum. צְבָאֵל paria facere cum עֲשֵׂה qvatenus id faciendi, ef-
ficiendi, sigillatim per creationem producendi, notionem sustinet.
Si qvidem significatio verbi עֲשֵׂה in Scriptura S. non uno modo
variet. Usu generali ac proprio notat *facere*, ac qvamcunqve ope-
rationem DEI sive creaturarum. DEO tributum sæpiissimè sigilla-
tim *creationem* designat, sive omnium omnino rerum, ex nihilo
tam puræ negationis, qvam naturalis indispositionis productarum
Gen. I. 31. c. 2, 2. &c. sive earum tantum creaturarum, qvæ ex primi
diei materia indisposita, reliquis qvinqu diebus productæ exorna-
tæq; magis sunt. Atqve ita עֲשֵׂה interdum contradistingvi solet
ברא & יְצַר, ita ut הַבְּרִיּוֹת הַוְצִיא מִן־ יְצַר creatio dicat pro-
ductionem ἐκ τῶν μὴ ὄντων ὡς ὄντων Rom. 4, 17. עֲשֵׂה vero eorum
dem ordinationem atqve majorem exornationem, יְצַר denique
admirandam artificiosæ figuræ impressionem, magnâ sapientiâ fa-
ctam, qvâ formam hominis intrinsecam atqve extrinsecam, qvam
vocat D. Varenius in Gen. p. 209. A vero tamen discrepat assertum
malè hæc distingventis R. Sal. ben Melech in מְכֻלָּו וּפְרִי ad h. I.

B 3

בריאת



בראה זו על הנפש נאמר כמו שאמր בצלמו לפיקח אמר
 יברא להבריל בין הגוף והנפש כי בספר יצורת הגוף אמר
 ויוצר כי אין לשון יצורה נופל על הנפש כי איןנה גוף אבל
 לשון בראה וכן לשון מעשה נופל בין על מה שאינו גוף
 : *Creatio hæc Genes. i, 27. de anima intelligentia est, quemadmodum dicitur ad imaginem suam. Propterea dicit Moses ut discriminat inter corpus & animam. Quia in re- censenda formatione corporis dicit Gen. 2, 7. Nam vox יציר FORMANDI non dicitur de anima, quia non est corpus; sed vox ברא CREANDI. Similiter etiam vox עשה FACIENDI dicitur tam de eo quod non est corpus, quam de eo quod est corpus. Quamvis posteriora verba de עשה cum veritate ebraica congruant; manifestatamen falsitatis è Scripturæ S. contextu convincuntur, quæ primo loco attulit de solius animæ creatione hic intelligenda. Nam sexto mundi die Deus ברא hominem integrum, corpore non minus ac animâ constanter, עשה facere instituit v. 26. quod verbum corporis pariter ac animæ productionem à Deo eo tempore factam innuit, quoniam de utroq; rectè dicitur, ipsius Rabbini suffragio. Idem confirmat utriusque sexūs, non animæ ratione distincti, determinata productio, verbo ברא indicata: quod synonymum עשה grammaticum, nequaque de solius animæ sed corporis etiam productione in Scriptura accipitur Gen. 5, 1. 2. aliisq; in locis. Nec ullum pondus inest rationi, à R. Salomone adjectæ: quia creatio hæc facta memoratur ad imaginem DEI, Ergo solius animæ esse. Quoniam ad totum hominem, partesq; ejus singulas imago DEI spectat, quamvis ad animam primariò; corpus tamen, tanti boni minimè expers, Dei immortalis nullisq; affectuum perturbationibus aut passionibus obnoxii, vivam quoque imaginem retulit, divinitus sibi concessâ immortalitate atq; passionis molestæ absentiâ. Et licet corporis humani è limo terræ efformatio seorsim recenseatur verbô יציר Gen. 2, 7. ipsa tamen anima etiā, insufflando divinitus communicata ibidem dicitur, & hac speciali creationis humanæ repetitione neutri hominis parti imago DEI denegatur. Ea autem ratio gratis*

יען



gratis subjicitur, & contra disertos Scripturæ textus, falsissimè assertur, qvòd non dicatur de anima. Diversum testatur Zachar. c.XII. i. **זהו יצר רוח אדם בקרבו**. Pro vero sumit R. Salom. ad Gen. I. i. **לשון יצורה אינו נופל אלא על דבר שיש לו ממש וצורה vox non occurrit nisi de re solida & figura:** Sed fallit exclusiva: fallit R. Salomon à particulari ad universale, à **naturali** colligendo ad **אֵת** dictum & semper verissimum. Lux nec solida res est nec figura, tamen **עלון** prædicatum formationis sustinet Esaiæ XLV. 7. Æstivi hyberniq; temporis nulla solida materia, utrumq; tamen divinitùs per fieri dicitur Ps. LXXIV. 17. Nulla divinis cogitationibus, minis, justisve decretis materia, ut loqvuntur, ex qua, **ויצרה**, tamen est tribuenda Jerem. XVIII. ii. Aliás tamen sæpius **ויצר** denotat inductiōnem formæ externæ, naturalis vel artificialis, in rem corpoream ac materialem; utpote efformationem hominis Genes. II. 7. 8. 19. à manu Dei prædeuntis, qvin & in utero artificiosè elaborati Jerem. I. 5. cordis etiam Ps. 33. 15. atqve oculi Ps. 94. 9. inde balænæ Ps. 104. 26. montium Amos 4. 13. ipsiusq; terræ Ps. 95. 5. Sic etiam verbo **ויצר** significatur, qvæ ope artis conciliatur idolo effigiatio Es. 44. 9. 10. 12. aut luteæ lagenæ à figulo figura Es. 64. 7. Jer. 19. i. Multò minus frena est impientissima & in ipsum Deum, conditorem sanctissimum, injuriosa sententia **בעל התרוים**, qvi propter geminum Jod Gen. 2. 7. in **ויצר** obvium, homini in integratis statu divinâ manu atqve gratiâ constituto, tribuit geminum cordis figurum, bonum atqve malum, inqviens **לו שני שין**. **ויצר בבל וודין שיש לו שני שין**. Svavius nugatur, gemini hujus jod rationem redditurus, R. Sal. Jarchi in h. I. **זהו ויצרה לעולם** **בבל** בבחמה שאינה עומרת לרין. **לא נכתב ביצורתה שני וודין**. *Duae sunt scilicet indicantur creationes, una in hunc mundum, altera in resurrectione mortuorum. Verum in bestiæ, qvæ non surget ad judicium, creatione non scriptum est jod geminum. Nos viçem jod ex analogia schœvandi compensare Zere dicimus,*

בר
וב
ווא
לש
ן-
cit
re-
R-
E-
on
de
ס-
o-
us
n-
ac
m
hat
o-
ti-
ne
us
o-
o-
vis
rs,
ai-
n-
r-
o-
u-
i-
o-
is



cimus, hujusq; locum, ut s̄epe aliās, tenere ch̄ireck M. explicitē possum, sine ullius mysterii significatione. Aliās pr̄ter בְּנָה Gen. 2,22. etiam בַּרְאָה c.1, 27. & עֲשֵׂה v.26. c. 2, v.18. adeoq; singula creandi verba, non sine emphatica significandi vi, de solius hominis creatione adhibentur, & nobis sigillatim memorandum הַשְׁעָם s̄epiūs. Qvō conferantur Job. 31,15. c.32, 22. c.35,10. c.40, 15. Ps. 95,6. Ps. 100,3. Ps. 139,15. Prov. 14,31. c.17, 5. Jes. 22,11. c.27, 11. c.44, v.2. c.51, 13. Transfertur porrō הַשְׁעָם à creatione ad alia *eximia Dei opera*, ut p̄ gratiosam vocationem, sanctificationem ac electiōnem in peculiū Deut. 32, 6.15. 1.Sam. 12, 6. Ps. 100, 3. liberationem & redēmptionem Ps. 37,5. ac qvæcunq; miraculosa opera Ps. 72, 18. Ps. 86, 10. Ps. 135, 6. Attributum verō *hominibus* verbum הַשְׁעָם post primariam faciendi efficiendiq; significationem, subinde obviam, speciatim determinatur ad actionis initium, continuationem atq; complementum. Et sic notat partim *p̄ amare*, apparare, pr̄parare, aptare, instruere v.g. vitulum Genes. 18, 7.8. sacrificium Exod. 10, 25. cibum c.12,16. contusum Levit. 22,24. oves 1.Sam. 25,18. holocausta Ps. 66,15. Ezech. 46,2. Inde tamen nimis liberaliter Eccio assensum testatur *Drusius in Judic.* p.295. ποιεῖται Luc. 22,19. idem esse qvōd sacrificare: cùm verbum עֲשֵׂה sit diversissimæ rationis, & non nisi ex disertè adjecto sacrificii nomine שְׁלָמִים עֲוֹלָה textūsq; σωεχεία sacrificandi sensum obtinere deprehendatur: de qvo argumento dignus est qvi conferatur *D. Job. Försterus pr̄ef. dictionar. bebr.* Nec pr̄parare tantū, sed *companare* etiam sive primū acqvirere notat verbum הַשְׁעָם, per metonymiam, qvam vocant, causæ pro causa, seu actionis pro effecto, per actionem producto. Ita de acquisitis rei familiaris instrumentis, ἐμψύχοις & ἀψύχοις, servis atq; opibus, adhibetur הַשְׁעָם significatione comparandi: ut Abram & Lot 1. נֶפֶל נֶפֶל animas s. servos acqvisiverunt Gen. 12,5. atq; Jacob familiæ suæ facere i.e. prospicere & ad rem familiarem necessaria acqvirere volebat c.30,30. confer de acquisitis viribus Deuter. 8, 17. Ezech 28, 4. cantoribus Cohel. 2,8. Accedit huc operosa industria, hoc verbo nonnunquam significata Daniel. 11, 39. cùm omni studiō, labore ac operâ rem penitus perficere ac absolve-re conamur.

Qvō

Qvo sensu occurrit Jerem. 18, 23. Daniel. 8, 34. c. 11, 7, 17, 28.

30. 32. Aliqvando *conficere* & prorsus *consumere* denotat, seu finem rei facere, ut de DEO habetur Zephan. 3, 19. rem *comprimere*, tenuem, abjectam, subjectamq; sibi facere, Ezech. 23, 3. 21. uti cum סְבָע conculcavit nonnulli conferunt. In nostro autem loco DEO tribuitur, hominem è limo terræ omnipotenti virtute producenti, & gratiosissimè animam vitæ naribus insufflanti. Non autem esse נִשְׁתַּחֲוֵנִי participium conjug. Niph., ut penes Aben Esram

יש אמרים כי מלה כעה שם התאר מבני נפלת
sed futurum Kal, non tantum numeri pluralis, sed & qvod in
confirmando hoc argumento præcipuum, primæ personæ: proin-
de unà cum vocibus צלמנו אלהים plures unus veri
DEI, Jehovæ, hîc loqventis, personas designare, suis munivit ra-
tionibus egregiè, & à Socinianorum pariter atque Judæorum ex-
ceptionibus vindicavit solidè & invictissimè D. Augustus Varenius
Decad. Mos. in Bresib p. 99 — 116. Addatur D. Glassius Philol. S.
L. III. tract. 3. can. 51. p. 392. seqq. cum reliquis Disp. I. de Creatione
p. II. allegatis.

§. III. Versabatur autem DEI actio , hactenus explicata,
in producendo homine : qvem, servatâ origine ebraicâ , Sama-
ritanus voce 'מְתָא designat. Quæ vox aliâs interdum æqvipollit

‘אַתָּה

אָדָם **אֶת** **דְּמָם** **יִטַּבֵּל** & sangvinem denotat, à radice
sangvinem misit, vel Syr. **דִּמְרֹבֶל** sangvine polluit:
prout vocabulo hominis jungitur Genes. IX. 6. **אֶת** **דְּמָם**
לְקַשְׁתָּה qvi effuderit sangvinem hominis. Qvæ prosthesis **צְבָע** &
cùm in ipsa nostra, tùm pluribus aliis vocibus, usu Chaldaeo Syro-
rum comprobata est. Sic **אָדָם אֶת** **דְּמָם** idem sunt qvod **דְּמָם**
sangvis, reatus sangvinis. Similiter qvamplurima nomina alia,
ex græco in primis assūpta. In nostro autem loco **אֶת** homi-
nem designat, masculum pariter ac fœminam, uti apertè confirmat
v. 27. vocem **אֶת** **צְבָע** recensione **צְבָע** maris **צְבָע** **אֶת** **פְּנַיִם** & fœ-
minæ determinatè explicans. Sæpiùs tamen istud nomen solus vir,
primus homo, gerit, ut Gen. II. 7. **אֶת** **צְבָע** **צְבָע** **אֶת** **פְּנַיִם**

C

וְאֵת וְאֶת & formavit DOMINUS DEUS hominem (cum
• אָמַר nota Accus.) pulverem, conf. v. 18. ubi idem homo dicitur
esse. וְאֵת וְאֶת solus, & ut distincta ab eodem fœmina introducitur
v. 22. וְאֵת וְאֶת וְאֶת qvam summis ex Adamo in
in mulierem, v. 25. וְאֵת וְאֶת Adam & uxor ejus, similiter
in Dative Gen. 3, 21. וְאֵת, cum articulo v. 20. וְאֵת וְרַבָּא
וְאֵת וְאֶת & vocavit Adam nomen uxoris suæ. Idemq; usus
vocis ε' οὐαὶ in S. Literis obtinet, qvæ ab אָדָם ruber fuit, de-
scendit: cuius vicem apud Aramaeos tenet סִמְקָה סִמְקָה סִמְקָה
רַבָּא. Hinc samaritanus Genes. 25, 30. וְאֵת וְאֶת וְרַבָּא
וְרַבָּא וְאֵת וְאֶת וְרַבָּא וְאֶת וְרַבָּא rufo isto,
qvia lassus ego sum: propterea vocavit nomen ejus Edom, conf.
Chald. כְּפֹרְקָא rubicundus. Ebraicam tamen originem servavit
noster in voce. וְאֵת וְאֶת terra Genes. 2, 5. 6. 7. melius ac in
ipsa voce, אָדָם, qvam interdum per וְאֵת reddit, uti Gen. 2, 5.
וְאֵת וְאֶת וְאֶת וְאֶת nec erat homo, qvi
coleret terram, v. 18. וְאֵת וְאֶת וְאֶת non est
bonum, esse hominem solum, Gen. 5, 2. וְאֵת וְאֶת וְרַבָּא
וְרַבָּא וְאֵת וְאֶת וְאֶת & vocavit nomen eorum Adam (non
אנוש) in die qva creavit eos. Ast tum, in primævæ integritatis sta-
tu felicissimo, homo neqvaqvam אָנָו dictus est, sed demum post
perpetratum peccatum. Qvandoqvidem, B. Luthero Judice, à sin-
gulari aliquaque Ecclesiæ Adamiticæ persecutione nomen אָנָו Pro-
toplæstorum nepoti, Patriarchæ tertio, primùm proprièq; inditum
est: hominemq; in genere à fragilitate, desperata ægritudine, cala-
mitate, morte ac miseriâ, per peccatum contracta, denominare so-
let: conf. Ps. 9, 20, 21. Ps. 10, 18. Ps. 56, 2. Ps. 73, 5. Jes. 17, 11. Jer. 17, 9. Dan. 7,
4. 13. Prout alias אָנָו אָדָם & אָנָו ab invicem discriminari solent,
ut אָנָו honoratores & fortiores, אָנָו infirmos miserisq;, אָדָם
deniq; plebejos, terrenos abjectæq; sortis homines denotet. Qvod
discrimen impugnant qvidé Ribera & Del-Rio t. I. adag. p. 479. sed
infirmis prorsus rationibus, S. Scripturæ contextu id sufficienter
asserente, conf. D. Glass. Phil. S. L. V. tr. I. c. 12. p. 364. D. Weller in
I. p. 9. D. Geier in Ps. T. I. p. 57. Drusius I. I. qvæst, & respons. I.

Qvod

Qvod nunc concernit vocem **אָרֶן**, ea hic totius huma-

אָרֶן

ræ speciei, ac utriusque sexûs, statim de terminatè recensiti, denominativa est atque *appellativa*; ut luculenter ostendit **ה**, qvod hîc & aliâs præfixum gerit, emphaticum, Gen.1, 27. c.2, 7.8.15. &c. proprio hominum haud præfigi solitum. Qvamvis & sine isto ut nomen appellativum ex textûs serie deprehendatur in loco, qvi nostro prorsus parallelus G oes.5, 1.2. ubi etiam præcisè **ה** priora humani generis individua denotat, & utriusque sexûs generalitatem infert. Usu deinceps ampliori universum genus humanum, ac cum Protoplatis, omnes eorum posteros designat. Atq; sic *collectivum* est, & in solo singulari numero sine suffixis, cum vel sine **ה** demonstrativo, totam hominû speciem ac qvemlibet hominé **יְהִיּוּ** seu Adamigenam denotat. Videantur eò ex qvâm plurimis Reg. 8, 46. Job.5,7. c.36,25. Ps.32, 2. Ps.39,6.12. Ps.58,12. Ps.68,19. Ps.118,6. Cohel.1, 4. Inde sumitur *distributivè*, notatq; idem qvod aliquis, quidam, quisquam, Ps. 105, 14. Coh.2, 21. Et hactenus paria facit cum **שָׁנָה** qvatenuis hoc ejusdem particularitatis nota est, seu circa sexûs significationem indefinite posatum pro aliquo, ut Genes. II, 3. 7. cap.31,49. c.37, 8. Exod. 2, 1. c.11,2. Jud.16,19. 1. Reg 20, 20. Ps. 1, 1. Ps. 12, 3. Ps. 31, 20. Ps.39,7. Ps.62, 13. Proverb.6,27. 3. Coh. 6, 3. Jes.36, 16. Jer. 23, 36. c.29, 32. Joël. 2, 7. Amos 5, 18: vel per epexegetin τῷ **אָרֶן** subjungitur, ut Ps.140, 2. Qvin & in significatione sexûs dignioris τῷ **אֵשֶׁת** synecdochicè græcum ἀνθρώπῳ homo respondet Matth. 19, 10. qvod rectè assecutus est Syrus, græca τῷ ἀνθρώπῳ μὲν τῆς γυναικὸς eleganter convertens:

אָרֶן **אֵשֶׁת** **אָלָה**

